

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Opvcvlvm Vigesimvm. In quo continentur octo Monita Polonicè impressa  
Anno 1632. cum Superiorum licentia; Versauiae sub tempus Comitiorum  
pro noui Regis Electione, post obitum Sigismundi III. in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

N I C O L A I  
L A N C I C I I  
E S O C I E T A T E I E S V  
OPVSCVLVM SPIRITVALE  
V I G E S I M V M.

In quo continentur octo Monita Polonicae impressa Anno 1632. cum Superiorum licentia; Varsaviae sub tempore Comitiorum pro noui Regis electione, post obitum Sigismundi III. in dictorum proposita, ne quid contra immunitatem Ecclesiasticam statueretur, ut quidam politici moliebantur: sed nihil esse cerunt.

I N D E X M O N I T O R V M  
IN HOC OPVSCVLO DATORVM.

**M**onitum primum. Non possunt sacerdtales quicquam statuere contra personas Ecclesiasticas in Comitiis vel alias, etiam si contineant in suo confessu Episcopos, tanquam Senatores vel Iudices: qui contrarium faciunt, peccant mortaliter, & excommunicantur.

Monitum secundum. Non possunt laici esse Iudices Ecclesiasticorum, nec excludere Ecclesiasticos a ferendis sententiis iudicariis, sine interuentu Iudicium Ecclesiasticorum.

Monitum tertium, peccant mortaliter & excommunicationem incurront qui vetant praeferim lege latâ, ne locis & personis Ecclesiasticorum, quicquam ex bonis stabilibus legetur in testamento, vel alio modo donetur.

Monitum quartum, non obest Reipub. professio & dominium quod Ecclesiastici habent in bonis stabilibus & immobilibus, nec legata aut donata a laicis prius, in beneficium locorum & personarum Ecclesiasticarum.

Monitum quintum, non timeant laici, sibi

nocituras donationes factas Ecclesiasticis vel coemptions honorum immobilium.

Monitum sextum, non satis est, nihil statuere contra personas, quod statui non potest sine peccato mortali & panexcommunicationis, sed necesse est, impedit si possis, talia statuta, praeferim habeas vocem liberam in Repub. vel in alio confessu.

Monitum septimum, persona Ecclesiastica in Noua lege magis merentur habere maiores & plures redditus pro sui sustentatione, quam Ecclesiastici in veterilege Mosaica, cum tamen hi plures & maiores redditus habuerint in Iudea habente tantum in longitudine sexaginta septem miliaria Polonica, & in latitudine 16. vel octodecim cum tamen ditiones Regi Poloniae subiecta in Regno Polono sint multo longiores & latiores, & multo pauciores habeant Sacerdotes quam fuerint in Iudea, ut evidenter ostenditur num. 56. 57. 58. 59. 60.

MONI-

## MONITVM PRIMVM.

**N**on possunt sacerdotes, tam in Comitiis, quam in Comitiolis, atque ceteris Iudicis, Tribunali, locis, ac occasionibus ius dicere Spiritualibus personis. Non potest item villa Republica, etiam quae continet intra se Archiepiscopos Episcopos, vilas leges, ordinaciones, constitutions, statuere contra personas Spirituales, quales censentur Episcopi, Praelati, Canonici, Parochi, Religiosi sexus utriusque, &c. Quicunque vero contrarium faciunt, peccant mortaliter, & in excommunicationem incurunt ( neque enim excommunicatio fertur, nisi contra letaliter delinquentes, nec in omni materia, & quomodo delinquentes, sed in materiis grandibus & enorme crimen continentibus ) à qua excommunicatione neque ab Ordinario Parocho, neque à Religioso vlo, speciale facultatem ad id non habente, absolu posse. Est enim soli reseruata Pontifici Romano.

Nec multis ad id demonstrandum res eget argumentis. Primum enim Bulla Cœnæ Domini expressum his continet verbis excommunicationem n.14. & 15. Eriam si fuerint presidencies Cancellariarum, Consiliorum, Parliamentorum, Cancellarij, Vice-Cancellarij, Consiliarij, Ordinarij, vel Extraordinarij, quorumcunque Principiū secularium, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præstigeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, seu Vicarij fuerint, excommunicamus, & anathematizamus omnes & singulos, qui per se, vel per alios, auctoritate propriâ, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, Collegia Ecclesiastarum, quartumcunque coram se, ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parliamentum, preter Iuris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt vel procurant, directe vel indirecte, quovis questo colore. Nec non qui Statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, seu quæsius alia Decreta in genere, vel in specie, ex quanis causa, & quovis questo colore, ac etiam prætextu cuiusvis consuetudinis, aut priuilegi, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel saltis vel ordinatis vti fuerint ( quæ verba diligenter expendenda ijs, qui quamvis nihil tale condant, condita ac constituta inique ab alijs, executioni mandant, aut mandari curat ) unde liberias Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo leditur vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur seu nostris, & dicto Sedis ac quarumcunque Ecclesiastarum iuribus quomodolibet directe vel indirecte, tacit vel expresse, praeditatur, &c.

Ratio vero propter quam non licet sacerdibus iudicibus ius suum ad Spirituales extender personas, pariterque ad illatum possesso-

nes ac bona, hæc est. Quia tam personæ Spirituales, quam illarum bona, eximuntur iure Diuino, Ecclesiastico, ac Cæsareo, ab omni iurisdictione personarum & potestatum iurisque secularis, vt docent Concilia generalia, Sacri Canones, Ius Cæsareum, Doctores Theologiae & Iurisperiti. Lege ius Canonicum in Decreto, Ecclesia S. Mariae de Constitutionibus, & Bonifacij VIII. de immunitate Ecl. §. 1. & quanquam de censibus approbata in Concilio Lateran. sess. 10. & Trident. loco infra cit. & in Can. Ben. quidem, dist. 96. Cum igitur nullum ius validum sit, si ab eo feratur, qui ferendi ius non habuit; sequi necesse est, nullum ius à secularibus, contra Ecclesiasticos statui posse, qui iure omni eximuntur à iurisdictione seculari eorumque bona; quocirca contra eodem latum, validum esse non potest, latore que iuris, iuxta ac executores sententia grauiter peccant ut demonstratum est, ex Bulla cœnæ Domini.

Quapropter Concilium Tridentinum sess. 25. cap. vlt. sic censet: *Synodus secularis Principes officij sui admonendos esse censuit, nec permisso, ut Officiales, aut inferiores Magistratus, Ecclesie, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem, Dei ordinatione & Canonici Sanctiomibus constitutam, aliquo cupiditat studio, seu inconsideratione violent, Et Concilium Coloniense par. 9. cap. 20. Immunitas Ecclesiastica vetustissima res est, iure pariter Diuino & humano introducta, quæ in duobus possimmo sita est. Primam, ut Clerici corumq; possessio-nes & bona, à redditibus ac tributis aliusq; manu-ribus lati, libera sint, &c. Idem antiquiora Concilia asserunt, Lateranense sub Alexandro, & Innocentio III. cap. 19. & 46. Moguntinum primùm cap. 6. secundum cap. 76. pluraque alia. Verum expendenda videntur diligenter Lateranensis Concilij sub Innocentio III. verba cap. 44. Cum laicis, quantumvis Religiosis, disponendi de rebus Ecclesiasticis, nulla sit attributa potestas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi, dolemus sic in quibusdam ex illis refrigerare charitatem, quod immanitatem Ecclesiastica libertatis, quam ne dum Sancti Patres, sed etiam Principes secularis multis priuilegiis munierunt, non formidant suis constitutionibus, vel potius constitutionibus impugnare, non solum de feudorum alienatione, & aliarum possessionem Ecclesiasticarum, & usurpatio-ne iurisdictionum, &c.*

Vera autem esse, quæ dicit de Principibus secularibus Cœcilium, certis ostendo testimoniis. De Constantino enim magno, primo ex iis qui Christum ritè Deum colunt, Imperatore, hæc tradit Nicephorus lib. 7. Histor. Eccles. cap. 46. Clericos omnes constitutione latâ immunes liberi q; esse permisit, iudiciumq; & jurisdictionem in eos Episcopis mandauit, & quod Episcopi iudicassent, id robur & auctoritatem sententia omnem habere debere decreuit.

Secutus

Secutus parentem Constantinus Secundus, non tantum personas Spirituales, earumque bona ab omni seculari potestate exempta esse voluit, verum eodem privilegio, res pecunia conquisita, familiamque donat in Cod. lib. 2. de Episcopis & Clericis. Coniugibus, liberis, & ministeriis, id est maribus pariter ac feminis, eorumq; filiis, ac filiabus, & hominibus, etiam eorumdem, qui operam in mercimonio habent. Id quod Diuini Principis genitoris mei statuta, multimodis observatione cauerunt.

Accessit his, Constantius Constans apud Soz. lib. 3. cap. 16. de iis ita loquens: Auxere, quae alii fecerunt Imperatores. Clericis, filiis eorum, & familiae, eximiis honore, & immunitatem quoque tribuerunt. Idem narrat lib. 6. cap. de louianino Imperatore,

Idem confirmant Valentinianus & Marrianus Imperatores C. de Sacro. Ecl. l. 12. Et idem Marrianus l. 14. C. de Episc. audiens. Quicunque, inquit, voluerit aliquem Clericum lite pulsare, apud Archiepiscopum causam dicat. Nec dissenste Valentianus, Theodosius, & Arcadius Imperatores cauf. II. q. 1. cap. 5. Continuat lego sancimus, ut nullus Episcoporum, vel eorum qui in Ecclesia necessitatibus seruiunt, ad iudicia, sive Ordinariorum, sive extraordinariorum Iudicium prostrabatur. Habent enim illi suos Iudices, nec quicquam in his, publicis est commune cum legibus. Idem Theodosius & Valentinianus l. vlt. C. Theodos. de Episc. & Clem. V. fas, inquit, non est, ut diuinis munieris Mimesi, temporalium potestatum subdantur arbitrio.

Iustinianus Imperator, in auth. causa, quae fit cum Monacho C. de Episc. & Clem. V. cum dixisset, causas personarum Spiritualium agendas coram Episcopis, atque Abbatibus, addit: Civilis Iudex, qui de his causis sententiam proferre presumpserit, ab administratione depulsa, tanquam diuinitati contumeliam faciens, penam decem librarum auri, cum officio multabiliter. Idem l. p. Sancimus C. de Sacro. Eccles. post statutum legem de iis quae Ecclesiæ donantur, ne possint alienari, subiungit: Quia ea que diuini iuris sunt, sunt, non obligari humanis nexibus, sanxerunt. Idem insuper Iustinianus in Const. l. 23. Si Ecclesiasticum, inquit, negotium sit, nullam Communionem habeant Ciuiiles Magistratus, cum eâ disceptatione, sed Religiosissimi Episcopi, secundum Sacros Canones, negotio finem imponunto, sive controversia sit de iure Ecclesiastico, sive de quibuslibet aliis rebus. Si quis relaxaret, causam ad Archiepiscopum, & Patriarcham deforserit, & ille secundum Canones & leges, finem adhibebit. Redditurus deinde causam legis l. Sancimus 2. C. de Sacro. Eccles. Cur enim, ait, non facimus disformen inter res diuinas, & humanas? Et cur non competens prerogativa cœlesti favori conservetur? Quoniam vero Iulianus Apostata hostis Dei, eiusque Ecclesiæ, teste Sozomen. li. 5. cap. 5. Clericos denuo curius addidit, & leges eo-

rum causâ latas abrogauit duo antiquiores Iustiniano Imperatores, Leo atque Antemius l. 15. de Sacro. Eccles. restitutâ libertate pristinâ iuribusque Ecclesiæ, Juliani statuta damnatur, eaque tyrannica, sacrilega impia appellarentur: subiectâ causâ: Quia fuerunt facta contra ipsum Deum.

Longo his Fredericum Imperatorem auth. statuimus cap. de Episc. & Cleric. Statuimus, ut nullus Ecclesiasticam personam, in criminali questione, vel civili trahere ad iudicium seculari præsumat, contra Constitutiones Imperiales & Canonicas Sanctiones. Quod si actor fecerit, à suo iure cadat, indicatum non teneat, & iudex ex tunc indicandi potestate priuet. Et ait, Causa de Sacro. Ecl. Causa & irrita esse denunciari præcipuum omnia flanta, & consuetudines, contra libertates Ecclesiæ, carnis, personas, industrias, aduersus Canonicas vel Imperiales Sanctiones, & ea de capitularibus penitus aboleri mandat noua Confiratio, & cetera familia attenuata ipso iure nulla esse decernit. Sed si per annum huiusmodi nouelle Constitutione aliqui inuenient contempores, bona eorum per totum nostrum imperium impune ab omnibus occupentur.

Propter has tantas Status Spiritualis prærogativas, in grauissimis quoque crimibus, nihil contra personas Spirituales p[ro]ij Principes attentare ausi. Nam cum in Anglia rebellio[n]is author atque dux nonnemo ex Sacerdotum numero contra Henricum VII. extitisse, eaque rebellio multorum inillium eadem cœnata sit, pacificato deinceps regno, paucisque de rebellibus à Rege sumptis, Sacerdos author rebellionis, ad Ecclesiastici tribunal remissus; quemadmodum refert Cardinalis Polus de vnitate Ecclesiæ. In simili crimini dei desertæ, publicique fæderis contra Carolum V. Regem Hispaniarum anno 1520. atque contra matrem eius Ioagnam, edictum à Rege in Civitate Bormez, ut nefarij coniuratores, à regni sui Officialibus ac Præsidibus, grauissimis penas punirentur, solis, qui in eam locum confluxerunt, exceptis Ecclesiasticis. Nam hi ad iudicium Spirituale remittendi decernebantur ut scribit Molina lib. 4. cap. 11. num. 5. de Hisp. primog. Quād igitur magis necessarium est, in rebus indifferentibus, minimeque perniciose, integrum seruari Ecclesiæ dignitatem, neque decretis improbis, fanaticisque Comitiorum Comitiolorumque laccerari. Noverint quæ sui iuris sunt, nec aliena violentiura, quos alloqui D. Ambrosius ad Valent. Imperator. similibus negotiis imminentibus videtur epist. 32. Noli gravare Imperator, ne putas te in ea que diuina sunt, imperiale aliquod ius habere; publicorum tibi manum ius commissum, non Sacrorum. Et vos, vos Catholici, qui ne mænibus quidem ciuitatum præsideris, quo iniret quā fronte in bona Ecclesiastica involabitis? inusitatam, in Promotions, in plurimatem

tatem beneficiorum, exiguis, vel certe satis  
egenis diocesibus concessam debacchabitis,  
linguae rabiem exercebitis, & ab officijs in Re-  
publica & Cancellaris Regis Ecclesiasticos  
arcebiscopis nul vestri interest, quid illi agant? Ad-  
vertite prius in excessus vestros, quorum cau-  
sa, apud exterios male auditis, tum immunitem  
sceleris censuram, in alienos mores vitamque  
non nihil exerceat licebit, ita tamen, ut integrum  
gram causam, fano Praetorium arbitrio re-  
linquatis.

## MONITVM SECUNDVM.

8. **E**s mos in Regno Poloniae, ut in publicis  
Regni iudicij, (quaे Tribunalia appellantur)  
Regi authoritate, quotannis à nobilitate  
electi certi iudices, laicorum lites & contro-  
versias dirudicent, & sententias non admisso  
appellatione ferant: deinde eliguntur partim  
aliquot laici iudices, partim aliquot Ecclesiasti-  
cos electi & missi ab Ecclesijs Cathedralibus  
quisjudicent causas & querelas intercede-  
ntes inter laicos & Ecclesiasticos. Et hoc iu-  
dicium appellatur, *Iudicium compositum*. Quod  
& hæretici & quidam Pseudo-catholici (sepè  
conati sunt (ut ita tamen conato) abolere) ita,  
ut soli laici sine interventu Ecclesiastico prä-  
latorum, omnes lites & controversias diri-  
merent & Ecclesiasticas personas iudicarent.  
Verum hoc compositum iudicium aboleri  
non posse sine graui scelere, & pœna anathe-  
matis, hinc apparet.

**P**rimò. Abrogat, qui compositum iudicium  
Tribunalibus excludit, Ecclesiasticis ius legiti-  
mum, ab eis longo usu roboratum. Et quando-  
quidem hoc ius vel priuilegium non leuis  
momenti est, sequitur, ut iniuria quoque per  
abrogatione huius iuris, Ecclesiasticis illata,  
nihil minor sit.

**S**econdo. Si Compositum iudicium excluderetur  
Tribunalibus, iam adigerent Ecclesiastici,  
etiam sacerdatis iudicio comparere iudicandi;  
quod ipsum est contra immunitatem Ecclesiasti-  
cam, quam, qui violat & iniquam supra  
Ecclesiasticos iurisdictionem sibi usurpat, si-  
mul excommunicationis pœna subit, quemadmodum  
in præmonitione primâ declaratum est.

**O**mni ætate, priscos etiam apud Christianos,  
Ecclesiastici iudicis vel präerant ut mo-  
deratores, vel aderant ut iudices. Videamus  
quid Doctor gentium Paulus Apostolus 1.  
Cor. 6. ad Praetoros Ecclesiæ scribat: *Nescitis,*  
*inquit, quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis sacerdalia?* Quod ad omnes, quicunque Ec-  
clesie präsumt hoc extenditur 1. Can. nemo  
cum seqq. 9. q. 3. Ideo Imperatores Christiani,  
iudicium Ecclesiasticum, quibuscunque de-  
rebus ac negotiis, fixum ratumque esse volue-

runt I. xl C. Theodos. de Epist. & Cler. Insuper  
Honorijs & Arcadij libi 4. C. de Episc. andia  
Constituit liberam à iudicio sacerulari, ad Ec-  
clesiasticum appellationem, contradicente li-  
cet parte altera; nec amplius ad sacerdotes da-  
batur recessus. Idem fecit & Theodosius apud  
Gratian. Can. 34. 11. q. 1. & Carolus Magnus  
Can. 36. cod. q. 1. & C. 13 ext. de Iudic. Quintino  
Theodoricum quoque Gothorum Regem,  
quamvis Arianum, cum Italia longè latèque  
vastatam, Romanum subegisset, idem statuisse re-  
fert magnus ille Aurelius Cassiodorus lib. 3.  
Epist. 37. ad Petrum Episcopum.

10.

Sed fatis mirari non possum triolum hunc  
quorundam Politicorum consensum contra  
Ecclesiasticos Tribunalibus eiendi, maius  
in dies incrementum sumere, cum expresse  
Iustinianus Imperator, etiam Litanias absque  
Ecclesiasticorum consilio fieri prohibuerit; ni-  
si forte maiori iudicio, directione & scientia  
Litanias indigent, quam Tribunalia, minimè  
At certe scientiam, & sanum ad bene disser-  
nenda negotia consilium ubi feracius repe-  
riesili non inter Spirituales & Ecclesiasticos?  
Et Spiritus S. hac de re nos reddit securos  
Malach 2. v. 7. *Labis Sacerdotis custodient Scien-  
tiam, & Legem requirent ex ore eius, quia Angelus  
Domini exercitum est.* Hinc & ipse Deus Deat,  
17. v. vers. 8. *Æquè in rebus politicis ac Spiritua-  
libus certantes lite remittit à sacerdoti ad Tri-  
bunal Ecclesiasticum, maximè si discordes iu-  
dicum sententia vel causæ difficiiores inter-  
cesserint.* Quod si quis Decrēto Sacerdotis nō  
aqueuerit mandante ibidem Deo, capitis  
impedio crimen expiare debebat vers. 12. *Qui  
autem superbierit nolens obediere Sacerdotis imperio,  
qui in tempore ministrat Domino Deo tuo, & De-  
creto Iudicis, morietur homo ille, & auferes malum  
de Israël:* tum temporis enim penes Sacerdo-  
tes erat, noxios ad mortem condēnare, in  
pœnam peccati per iustitiam punitum, uti  
constat ex nonnullis exemplis, Exod. 32. v. 28.  
Num. 31. vers. 2. Paralip. 23. vers. 14. 3. Reg. 18.  
vers. 40. & in aliis locis. Iam Sacra Scriptura,  
ius Ecclesiasticum & sacerdiale vetus, quinimodo,  
Constitutiones etiam antiquiores florentissi-  
mi Poloniarum Regni, Ecclesiasticos, ad Tri-  
bunal sacerularium adhibendos censent, nec  
tamen quidquam proficiunt. Ad Ethnicos, solo  
naturæ lumine felices, me consero. Quæ ver-  
Sacerdotum apud eos authoritas? quæ ho-  
nor? Consulū Senatorumque dignitas, Græ-  
cis Romanisque satis ad gloriam fuit illustris,  
at illustrior, forte Sacerdotum à quorum ar-  
bitrio secretum, si quod consilium aut Tribu-  
nal agebatur, ut piaculum expiati debuit.

11.

Quætis hac de re Scriptores ethnici? co-  
pioli respondent: Cicero. l. 2. & 3. de Legibus, &  
lib. de Diuin. 1. in oratione pro domo sua: Ta-  
citus lib. 3. 8. 11. Annal. Plin. lib. 4. Epist. 31. &  
lib. 30.

lib.10.Epist.73. Plutarchus in Numa, Marcelllo, & in qq.Rom.44. & vlt. Lampridius in vita Alex.Imp. Quod si verò obstinatus aliquis à Sacerdotum arbitrio receslerit, impietatis arguebatur, omniq[ue] arcebatur amicorum consuetudine. Hoc apud Athenienses religiose admodum obseruatum fuisse, memoriat. Plato lib.5. de legibus propè finem, Aristophanes in Horis, Euripides in Oreste; Cicero lib.3. Ofic. Apud Gallos Cæsar lib.6. de bello Gall. Apud Germanos, Tacitus lib.6. hist. sive de moribus German. Apud Romanos, Cicero lib.1. de diuinat. Horatius Epop. Od.5. & apud reliquias gentes, Plinius l.6. hist. c.22. & li.28. c.2. Liuius lib.4.

**12.** Sed quod magis mireris in Ethniciis, hac solâ intercedentia causa, Sacerdotū nimis hac in parte irreuerentia, plurimi Senatu suâque dignitate mouebantur, quemadmodum testatur Cicero lib.2. de legibus: Luius lib.4. Plutarchus in Marcello; Valerius Max.lib.1. c.2. & 3. Sed opera pretium eloquentissimum illum Romanum audire Oratorem, qui tantum in oratione pro domo sua, Pontificia potestati tribuit, vi ei omnis Republica dignitas, omnium ciuitatum salus, vita, libertas, aræ, d[i]i p[re]mises, bona, fortuna, domicilia, illorum Sapientia, fides, potestati, commissa creditaq[ue] esse videretur. Neque aliam inuenies causam, cur Magnus Alexander, ille orbis dominator, insolens gloria cultor ceteroqui seruus, eueris nobilissimæ vrbis Thebanæ manibus, Sacerdotes iniulatores securosq[ue] esse voluerit, cum alter procellerit cum Senatu Cœnitari, omniq[ue] nobilitate, quam non proscriptis modò, verum etiam publicatam præconis voce venalem hastæ subiecit. Latius hac de re. Elianus lib.13. ver. hist. c.7.

**13.** Habent igitur nostri Politico-Catholicæ, vel ipso ethnico in colendis obseruandisq[ue] Sacerdotibus Praeceptores, vitam & imitentur, & illud quod D. Ambrosius apud Gratian. in c. duo, 96. dist. refert, menti suæ diligenter imprimant, atque identidem repeatant: *Aurum nimirum non tam preciosius esse plumbum, quam Regia potestate Ordo Sacerdotalis.*

**14.** MONITVM TERTIVM.  
Pecati mortalis grauitatem & communem Ecclesia hac in parte censuram incurront, quicunque, sive Constitutionum adminiculo, sive quaesiâ aliunde ratione, prætextu, colore, admittuntur, ne Claustris, Ecclesiis, alijsq[ue] Sanctis locis & personis, partim dono, partim testamento relicta, similiq[ue] modo oblatâ, bona immobilia applicentur. Idem & de illis dictum puta, qui Ecclesiasticos impediunt in coemendis vel commutandis possessionibus, & qui Constitutiones eiusmodi cedunt, quæ fundos & prædia, dono vel testamento

data in possessionem, Secularibus diuendere, iusto seruato precio iubent. Par & de ceteris iudicium, qui Ecclesiasticos priuant mutua iureque naturali roborata & legitimâ in bona Consanguineorum successione.

Déclaratio huic rei, facilis est neque minus clara. Quicunque enim Ecclesiasticorum saltem immiuunt libertatem, & immunitatem Ecclesiasticam in te graui violentiæ, ilis divino humanoq[ue] iure delata est, mortali primâ noxa, demum infami ab Ecclesiæ proscriptione damnantur. Sed illi qui probant bona immobilia Ecclesiæ & personas ac locis Ecclesiasticis applicari, & qui pariter illa coemere, vel per commutationem acquirent, acquisita verò Scriptoq[ue] firmata que concessa non possideri, sed diuendi volunt, illorumq[ue] loco æquivalens preium, & sapè iniquum obtundunt, violant & immuunt immunitatem Ecclesiasticam. Igitur nō peccati modo lethalis, verum etiam excommunicationis penam contrahunt. Ita summus Christi in terris Vicarius constituit Bonifacius Papa VIII. in c. fin. de reb. Eccles. non alienandis in 6. Alexander 4. in c. 1. de immunit. Eccl. eodem libro: Innocentius III. in c. fin. de reb. Eccl. non alienand. Gregorius IX. Clemens IV. Martinus IV. nostræ verò proximus etatis Paulus V. anno 1606. minoti de causa, anathemate percussit, & à communī Catholicorum cōfuetudine seiuinxit Rempublicam Venetam, omnemque illios ditionem. Causam quævis inter præcipuas, habeat.

Statuerat ea Rēpublica anno 1605, ne intra dominium Venetum, quisquam auderet absque licentia Sénatus, fundos & immobilia bona, in Ecclesiæ, aliosq[ue] pios vlsis erogare vel dispensare. Quod si quis iam eis impenderit, certo interieicto spatio temporis, debebant Ecclesiastici bona diuendere, acceptamq[ue] pecuniam conuertere in pios vlsos. Attamen in hac Venetorum Constitutione, tria quedam mitiora videre est, quæ in his nostrorum Politicorum machinationibus desiderates. Primo: non prohibebant absolvire, quemadmodum nostri Politici, Ecclesiasticos bonorum immobilium hæredes scribi, Secundo: Concedebant Veneti Ecclesiasticis bonorum immobilia donationes, at lecus nostri volunt Politici, ut nimirum velint, nolint, acquiescant quantoq[ue] ex diuenditis bonis preio. Tertijs: Permittebant, vt bonis ex æquo venditis illam referrent Ecclesiastici pecuniam, quæ par esse preio rei æstimata, nostri verò Politici prætendent, vt aliquid pecuniae, pro bonis acceptis offeratur, quarta nimirum pars ex preio æstimata rei, quemadmodum Monachibus pendit solet. Nihilominus tamen, hanc solam ob causam Paulus V. declarauit, ideo quoque Venetos tum temporis proscriptos fuisse ab Ecclesia

Ecclesia editis diris Pontificis. Multò magis in iure Ecclesiastico communi, à Sede Apostolica, ipso facto promerito feriuntur anathemata, qui Ecclesiis & personis atque locis Ecclesiasticis obfunt, cum notabili immunitatis Ecclesiastica detimento.

17. Scimus libertatem Ecclesiasticam nunquam nobilitari postponi, Nobiles tamen ex prærogatione sui generis cum fundo coemunt, & bona immobilia, sibi testamento relicta, data que usurpant, certè vim inferri Nobilitati procul dubio dicent, si quid Ecclesiastici contra allegant, nec fundos à nobilibus coemni permetterent. Illi verò de facto, prohibent à coemendis bonis Ecclesiasticos, nullam tamen vim eorum dignitati, nullum libertati præjudicium se infere putant: sed immerit. Evidem Tridentinum aliaque grauissimum Patrum anteaetæ memorie Concilia, vt & Honorius Papa cap. nouerit 49. & cap. grauem. 13. de senten. excomm. diris Pontificis deuouit violatores iurium & personarum Ecclesiasticarum id eo quicunque tam gravis excessus conscientis est, excommunicationem incurrit & peccati mortalis noxam, cum ea, non nisi in mortali peccati pœnam secundum Theologos & ius Canonicum exeratur. Egregie docet insignis Iurista Baldus in repet. l. 1. c. de Sacros. Eccl. ius libertatis Ecclesiastice esse potestatem id faciendo, quod alicui placet & quod honestè & decenter fit ab aliis. L. Libertas ff. de stat. hom. §. 1. instit. de iur. person.

18. Quoniam verò ex vi iuris Ecclesiastici, à Deo, & SS. Patribus, & Imperatoribus approbati, Ecclesia in plenitudine sui iuris, & libertatis integritate debet letari, in c. 2. de immunitate in 6. Nullus omnino sine graui conscientiae noxā, poterit contrariā Constitutione, vel quocunque modo ius Ecclesiasticum abrogare, quod si quis hac in parte deliquerit, ius diuinum & humanum violavit, & grauissimā immunitatē Ecclesiasticam affecit iniuriā.

19. Primo. Quia violat & auferit, quæ iure diuino & Ecclesiastico, immō & humano, concessa sunt Ecclesiis. Multis ab hinc annis Constantinus Magnus, benè communivit hanc immunitatem l. 1. c. de Sacros. Eccl. Habeat unusquisque licentiam sanctissimo Catholico, venerabilique Concilio bonorum quod optauerit relinquere, & non sine confessi iudicio eius. Idem stabiluit Iustinianus Imperator l. fin. c. codent tit. Caueant igitur Ecclesiarum violatores, ne sibi dicatus quod S. Gregor. in Psal. 5. pœnit. v. 9. Mauritio Imperatori, circa immunitatem Ecclesiasticam restringendam sollicito scripsit: Nulla, inquit, ratio finit, ut inter Reges habeatur, qui turpisimi lucris cupiditate illeciui: sponsam Christi captiuam cupit seducere. Ecclesiam quippe, quam sui sanguinis precio redemptam Saluator noster voluit esse liberam, hanc, ipsa potestatis regie iura transcendens, facere conatur Lanicij Opus. Tom. 2.

ancillam. Sed eti Ecclesiastici nullum quoad hoc ius haberent præter Ecclesiasticum, nullar Repub. ecclatice potest hoc Ecclesiastis admere. Extat hac de re in Iure Cæsareo clara Decisio Valeriani & Marciani Imperatorum. Omnes pragmaticas sanctiones, contra Canones Ecclesiasticos, robore suo & firmitate vacuatas cessare precipimus c. de Sacros. Eccl. 1. Privilegia. Idem assertunt iura Ecclesiastica: Imperialis judicio non possunt Ecclesiastica iura dissolvi, inquit Nicolaus Papa apud Gratian. dist. 10. Can. 1. & can. 4. Idem & Felix Romanus pariter Pontifex decernit, cum ait: Constitutiones contra Canones & Decreta Presulatum Romanorum, vel bonos mores, nullius sunt momenti. Causam quævis: Statim subdit: Imperatores enim Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiastici Presulibus, non preseire. Can. Si Imperator dist. 96. in fine. Ex his concludo: quicunque contra Diuinum, Ecclesiasticum, & Imperiale ius, arcebit Ecclesiasticos à bonis nobilium coemendis, vt violator iuris & causa plurimarum iniuriarum inde manantium, à graui peccato, non erit immunis.

20. Secundo. Grauitas illatæ iniuria hinc etiam colligitur. Quilibet enim mortalium, de iure naturæ, & de iure gentium sua bona dispensare potest pro libitu in variis usus. Quis autem hic non videat quā angustis limitibus, libertas nobilium, ab ipsis quasi libertatis vindicibus & defensoribus includatur, cum nobiles, libere fundos bonaque sua in usus pios impendere nequeunt? Constantinus Magnus concessa omnimodâ facultate, bona immobilia, testamento relicta Ecclesiis applicandi, Politicam sancit, facti subdit rationem. Nihil est enim, quod magis hominibus debeatur, quam vi supreme voluntati liber sit usus, & licet, quod iterum non reddit, arbitrium. Et ita nostri Politici cum omnia possidere peroptant, atque donationes pro Ecclesiis usibus fieri vetant, non libertatem modo Ecclesiasticam, sed etiam, vt vocant, ciuilem constringunt, simulque grauiter peccant.

In absoluto dominio maior exeritur in subditos potestas quā in liberâ Republicâ, vt est nostra, & tamen absoluti Reges non sunt domini bonorum spectantium ad particulares personas, penes quas tantum abolutum eorum est dominium. Quilibet in re propriâ est moderator & arbiter l. in re mandata c. mādat. L. esti lege §. consulti ff. de pet. hered. Neque discepunt à nobis Seneca lib. 7. de Benef. c. 4. Ad Reges potestas omnium pertinet: ad singulos proprietas. Et c. 5. sub optimo Rege. Rex omnia imperio possidet: singuli, dominium. At quod illud dominium? Nonne libera possidentis rerum suarum dispensatio, earumque in res honestas, atque adeo pios usus conuercio? Itaque quicunque dominium & proprietatem particulaibus personis admittit, grauem admodum Nobilitati infligit iniuriā,

Kkk alie-

alienando ab eâ vsum dominij & proprietatis, sed vel maximè ex hac parte, quòd prohibeat bona, abundè satis à Deo concessa in vsum pios conuertere, quæ alioquin expenduntur in luxum, in minus necessariam seruitorum multitudinem, utinam & non in ipsa peccata, quasi, pro nefas! Deus non nisi ad fons tua sceleris tibi tot tantaque bona dedit. Melius longè consuletis vobis DD. Politici, si in eos facultates impenderitis, qui vestris peccatis offendit Numen, affidis precibus, à debitâ sceleribus pœnâ, & præcoci nimis vindictâ detinent, *Va terrarum orbi*, dixit quandam Christus D.S. Teresia, pridem iam concidisset, in Religiorum precibus à lapu erigeretur, sicut, inquit, videoas nonnullas Religiones à perfectione, qua maxime in illarum incunabulis viginti, desinisse. Ita leges apud Riberam libr. I. capite 12. vitæ S. Teresiae.

21. *Tertiò.* Maior est iniuria, prohibere coëmptionem, donationem & commutationem bonorum immobilium, quām mobilium: nihil minus tamen vniuersam Ecclesiam administrante Simmacho Romano Pontifice Anno 302. in Concilio quodam lecta est Constitutio Basiliæ cuiusdam Principis viri, nomine Odoacri Regis condita, & tantum rerum mobilium, in auro, argento, preciosis lapidibus & vestibus pro Ecclesiarum vībus testamento reliquarum, iustam ex æquo, vt cuiusque rei pretium requiebat venditionem inhibens, propter aptiores coëmendas, addito, si priores ad vsum & ornatum Ecclesiasticum prorsus essent inutilles, lecta inquam, simulque à Petro Archiepiscopo Ravennensi, deum à toto Concilio, vt inqua reprobata est, quemadmodum legimus in Decreto distin. 96. C. Benè. Quid hic nostri Politici, immo quid illud Concilium ageret, grè ferrebat solam commutationem bonorum mobilium, idque precio æquivalente, quo aptiora pro vī & ornatu templi coëmi poterant, hanc verò tam immitem Constitutionem, quæ fundorum etiam & rerum immobilium professionem prohibet, quomodo ferre?

22. *Quartiò.* Obligatur quilibet mortaliū ad sedulam curam augendæ gratiæ diuinæ, plaudenda summa Maiestatis tollenda pœnæ, cui quilibet post peccatum succumbit, denique obtainendi nostris in necessitatibus ac ærumnis, cælestis auxiliij. Quid verò sine Sacerdotum precibus proficiemus? in manibus eorum sunt necessitates nostræ: nam & ipse Deus. Liberalitate igitur & munificentia opus est, quâ quodam velut feedere, illos nobis tempistiè deuincamus. Crescent nostra beneficia, crescat & Diuina erga nos bonitas, à Sacerdotibus quâ precibus, quâ lachrymis exorata. Sed videat ille, quantam homini naturæ legibus libero, infligat iniuriam, dum cauet, ne ea dispense, ad quâ vberitatem profundenda, & commune ius à

Deo, & à se ipso habet.

*Quintò.* Verum & Deus ipse, non minore ab eo affligit iniuria, qui dum prouentus Ecclesiis dati vetat, eo ipso maiorem Dei cultum impedit. Preces enim & Sacerdotes, sunt quidam velut honoris Diuini præcones, eō plores, quib[us] plures & Sacerdotes, deerunt, tamen si proutus recelerint.

*Sextò.* Euentu comprobatum est: multis debere compensare, propter illata damna, res in iuuentute, vel alibi male partas, variis perfonis quæ sine prole decelerant. Hinc cum non datur facultas, saluâ nominis famâ, iniquè parta compensandi, conferunt, (quod optimè fieri potest) ea in templorum vīsum, ornatum, atque Ecclesiasticorum sustentationem. Non quendam Principem virum in Polonia iam demortuum, cui, ob certa damna & iniurias, plurimis in iuuentute illatas, ad instantiam P. Petri Alagona Soc. Iesu, Clemens Octauis loco faſtigationis assignavit, vt aliquid magni momenti, in vīsum Ecclesiasticum conuerteret. Nec desideres mandati executionem? Exire enim à fundamentis aliquot cænobia, & Ecclesiæ variis Religioſorum Ordinibus, eisque ante mortem non contempnendos prouentos ac prædia applicando, expendi aliquoties centena millia. Sed plures & hodie tales reperitentur. Prohibe illos DD. Politici, quod legi diuinâ & naturali coguntur in conscientiâ, testationis & satisfactionis causâ exequian non hæc vis & iniuria estant grauior, quod periculosior. Quarisi qui sunt illi, quibus illata damna penſandi necessitas incumbit non noui, tu videris: illi certè ne incurant infamia notam, se non propalabunt.

*Septimiò.* Hæc prohibitio, extinguit omnino debitam gratitudinem, ideoque iniusta & iniqua est, quia tam nobili virtuti, campum remunerationis occludit. Plurimos reperit, qui propter accepta insignia quādam beneficia ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis adeo se obligatos sentiunt, vt non remuneratione modo, sed etiam si necessum fuerit, profuso sanguine à se beneficia percepta rependere sint parati. Nihilominus tamen, ecce tibi, cum peropertis suis antidotali remuneratione gratitudinem declarare, impediuntur ab obſrepentibus adiutoriorum linguis, quasi parum illis esset, quod sua Deo negent, nisi etiam alios cædem ingratitudinis notâ adsperserint.

*Octauo.* Ad quod faciendum & Legis Diuinæ authoritas & naturæ consilium adgit, illud nullo modo ab executione retardari potest. Quod si quempiam extremâ necessitate præuentum videris, cum potes ei prodeſſe quis impensis & negligis, peccas mortaliter. Quis verò ignorat, multarum satis Ecclesiarum & locorum Sacrorum eis personis, quæ Deo atque Reipublicæ quâ continuis orationibus,

quà Sacrificiis & quotidianis vitæ religiosæ servijnt exercitii; quorum lachrymæ, vt S. Nazianzenus or. i. in Julianum, ait, sunt diluvium peccati, & mundi expiamentum; tantam egestatem esse, vt persona Ecclesiarum ministeris destinatae, nec vietus quidem commodam habeant facultatem, ideoque plurima debita iam contraxerint. Hinc ad claustra patefactos, proprietati aditus, at cum quanto rei Christianæ damnorvicinos Religiosi oberrant pagos domosque, graues sunt affinis (& quod maximè detestandum est) quibus cohabitant, quorum in aulis & prædiis aluntur, concubinarios eidem semper immersos peccatis absoluunt, modo miserant hanc vitam sustentare possint. Hinc & fæneratoribus omnino se accommodant, qui commodatis pecuniis iniquè pagos & bona alterius retinunt, non fiduciariâ mancipacione (qua utique licita est) sed verè statutummodo pro ipsa mutatione pecunia, insigines prouentus ex prædiis referunt, licet interim, neque lucrum cessans neque damnum emergens sequatur. Sed facile vii præcludetur tot scandalis, si sufficiens prouentus, & commoda vita sustentatio, Religiosi intra domesticos parietes clauserit: namquam verò claudet, quād dui DD. Politici suis Constitutionibus prohibebunt, ipsi tamen vii tot malorum atque grauissimorum excessuum authores, exactam aliquando rationem Deo redituri.

17. Nond. Ipse Christus Deus & homo, afferente Innocentio Papa, ad cap. cum super num 3. de caus. pess. & prop. Christus est Dominus bonorum Ecclesiasticorum, talaque bona nuncupantur in iure, non nisi Christi patrimonium Cap. cum ex. 34. de Elect. 1. 6. Hanc igitur ob causam, qui vetat bona Ecclesiæ relinquendi testamento, expresse vetat, eo ipso dari Christo Domino. Potestne maior vis & iniuria reperiiri? quād que Deo infertur? Deo? qui vbi vita excesseris, feueris Index suum ad tribunal te citabit: Deo? à quo moriturus, ac etiam benē sanus, illius sententia strictam præstolaris executionem, Matt. 7. v. 2. Quā mensurā mensurieris, eādem remetetur rebus: Deo? qui tibi exprobabit Matth. 25. v. 45. Quandiu non fecisti vni de minoribus his, nec mibi fecisti. Si enim illis dicit: Ite maledicti in ignem eternum, qui dum possent benefacere seruis ipsius, neglexerunt; quād magis fulmen hoc iræ Divinæ concernit eos, qui non tantum omittunt munificentia vacare in famulos Christi, cum possent, verū etiam peroptantes licet alios, bona sua in Ecclesiasticos dispensare petinaciūs impediunt. Hinc tot articuli, tot Constitutiones in Comitiis expeditæ, hinc contra partiam sēpius exciti tumultus, quod eorum machinationes suo calculo diu recusaret comprobare. Hinc demum quā minis, quā falsis delationibus Ecclesiasticus Ordo, non apud

Lancij Opus. Tom. 2.

seculares modo Catholicos, sed & ipsos hereticos indignis malevolorum contumelias, miserandum in modum est prostitutus.

28. *Décim.* Magna iniuria & ex hac parte Ecclesiasticis infertur, quod propter minus vaudam hanc prohibitionem, comparentur Hædis & infirmæ plebi, cui bona immobilia in possessionem testamento relinquere vetant Constitutiones politicae.

*Videcim.* Immò pluris censendi sunt apud eos Ethnici, quād Ecclesiastici, cum illis iure gentium, licitum sit ubique fundos, siue per modum coemptionis, siue per modum commutationis possidere. Sed & in nostra Republica concessum est, vni barbare Scythæ bona Nobilium, etiam immobilia testamento legari vel ab eo postea coēmeri. Nostri tamen Politici tali Ecclesiasticos libertate vii nolunt, quā gaudent ipsi Ethnici.

29. *Duodecim.* Sed quod horret animus cogitare nedum loqui aut hisce mandare literis, nobiles sacerdos, fædo corporis questusib[us] cohabitantes, iidem ipsi Politici pluris faciunt, quād venerandos Christi Ecclesiæ administratos. Concessitis concubiniis testamento: relictos fundos occupare, vel eisdem coēmere, nec à quopiam adiungunt ad abdicationem bonorum immobilium, vel saltem ad certiam, pro bonis venditis pecunia summatam, vii coguntur viti Religiosi, Sacraeque Deo Virgines. O deplorandam Nobilium conditionem! hiccine honos generoso sanguini! Itane o Polona Nobilitas, apud exterios, non dico Catholicos, sed ipsos hereticos, atque adeò Turcas infideles, longis partam sudoribus nominis famam prostruit. Audient Ethnici apud Polonam & Lithuania gentem eamque Catholicam, pluris habitas concubinas, quād Sanctissimos Ecclesiasticos. Videbunt haeretici suos impostores, Verbi Dei pseudo-ministros, liberalioribus munitos redditibus, quād fideles Christi Ecclesiæ propugnatores, viros Apostolicos, in regno Catholicorum! Ecce tibi, non ita pridem in Comitiis Versatissenibus à Senatu impensè postularint, & credo nisi satisfiat illis, non quiescent à petitis, vt sibi licet fana eorumque administratos, pérpetuis redditibus ex bonis immobilibus nobilium, armare, sed contra fidem Catholicam & ipsum Senatum. Quid hī Catholicī? Eadem fortè meditantur pro Ecclesia omnem interponunt curam, agunt apud Senatum & Rempub. Nihilominus cogitant: quād per summam audaciātē, in illidem Comitiis contra suos Patres insurgunt degeneres filii. Sed quosq; quibus necessariam vitæ instituendæ rationem, sanamque doctrinam hauserunt, à quibus, in virtutibus Christianis & morum integritate ad originem vitam instrucci sunt, quibus in Ecclesiæ ad vitam Christi monitis conformem, per pias &

Kkk 2 frē

frequentes hortationes iudees edocentur : à quibus suffragium, quā viuentum, quā mortuorum animæ, per oblata sacrificia, orationes, & Sacraenta referuntur quibus fidei Catholice vel redditio omnino, vel in eadem nutantes salutaribus alloquiis confirmati sunt. Tantumne igitur lucri, tantum gratitudinis pro tot beneficiis recipiunt? Evidem nunquam obsequiis, aulici, cubicularijs, ceterique de gregè seruorum, nec tanto affectu, labore, pertineuerant, suos cumulauere dominos, & tam en in censibus & prouentibus Ecclesiasticos superant, immò in eorum usum nobiles, paucim fundos, prædia, multaque bona immobilia coēmunt.

30.

**D**ecimoteriò. Vis & iniuria Ecclesiasticis illata, in quantum Religiosis votis obstricti sunt idèo maior & iniquior est, quod Ecclesiasticos iure communi (nihil hīc loquitur de diuino) omnino priuet. In donationes enim plus habent iuris communis Religiosi, quām ipsi filij naturales, de hac re satis clarè Felinus egregius Iurisperitus, in Comm. sup. decretalem in præsentiæ de probationibus colum. 21. vbi recenset Statuta Cæsarea & Ecclesiastica, in quantum causæ serviant, & clarissimis argumentis ex rationibus petitis veritatem comprobat. Etenim secundum ius commune, si quempiam in tuis bonis hæredem dixisti, & nascitur interim tibi filius, ea sola filij nativitas, ex vi iuris, delet ac inualidum reddit priorem donationem L. Si vñquam. Capite, de reuocandis donationibus. Sed si bona tua Monasterio, vel cænobio addixisti, iam filius non nisi in quartam bonorum partem, quām iuristæ legitimam vocant, accedit. Hanc sententiam insignis hic Doctor, altera Baldi magni nomini Iuristæ, confirmat, in l. prima de inofficiois donationibus, & Abbatis in Cap. final. de donation. Demum vterque concludit legem. *Si vñquam; in his donationibus, quæ piis usibus assignantur, locum non habere, vt supra recentiuimus.* Evidem adstipulatur & Glossa in Cap. fin. *Quicunque 17.44.* Cur autem ex vi iuris communis majoribus priuilegiis gaudeat cœla pia, quām filij orbitas? hanc rationem assignat Felinus, quod ille qui bona sua confert Ecclesiæ, faciat id ex necessitate atque curâ singulari, quām de animæ salute quilibet mortalium haber, vt pote de bono caducis omnibus præstantissimo. Ad hæc, secundum ius commune, donatio Ecclesiæ applicata, ab solutum in le transfere dominum sine uia traditio-ne. l. fin. C. de Sacros. Eccl. eadem verò filio relicta nihil habet huiusmodi l. Secunda. C. Si quis alteri vel sibi. l. siue mancipati. C. de donat. Præterea filius in hæredem non succedit, nisi dato signo vel nutu oculi à parente, dum condit testamentum l. Discretis C. qui testam. facere possit. Nihilominus tamen testamentum factum in fauorem

causarum piaturn solo tantum signo vel motu oculi validum est, ex vi communis iuris. vii. Fe-linus, Bartolus, Baldus, Immola, & Ancarandus; Nation minus copiosè quām sapienter asserunt. Quamobrem Ecclesiastici tam egregie iure communi sunt muniti, vt nulla Republica secularis, illud eis abrogare possit, quod si quis aliquid eiusmodi tentare præsumperit, eos certè gravi affligit iniuria.

**D**ecimoquartò. Nobilis, amplexus Religionem aliquam vel Statum Ecclesiasticum secularem, nullam generis iacturam subit. Quod licet per se latius apertum sit nec argumentis indigeat, probat tamen Traquel. de Nob. C. 26. n. 3. Roman. in singul. 37. Similique narrat Decisionem S. Rotæ ex quadam occasione factam, Rebuff. de Nominat. q. 12. n. 31. &c. Immò nobilis domo oriundus eo ipso quia Ecclesiasticus est, suum genus euicit & illustrat. Sola enim Sacerdotalis dignitas, ad quām omnes Ecclesiastici ferè collimant, à D. Chrysostomo regali folio præfertur Hom. 4. in verb. Isai. Vidi Do. Maior est hic (Sacerdotis quām Regis) Principatus, propterea Rex caput submittit manus Sacerdotis, & ubique in veteri Scriptura, (quod & apud Catholicos sacrosanctè hactenus obseruatum est) Sacerdotes, inungebant Reges. Quod autem ad Religiosos spectat, idem S. Doctor libr. 2. contra vii. viii. mon. alloquendo hominem Ethnicum, eximiæ in Repub. dignitatibus ac eminentiæ, qui ob ingressum ad quempiam Religiosoru Ordinem filij sui vñci, contrastari potuit, clarissimè, rationibus, non quidem spiritualibus, sed Politicis demonstrat, nobilitatem genitis, non ita præminentiam seculari, sicut religioso statu illustrari, denum suas rationes ita concludit. *Inuenimus illum (vñcirum filium tuum Ethnicum) non modò clariorem esse nunc (cum in Religionem adoptatus est) quam fuisse domini agit hīc de tali filio, qui non nisi purpuratus domo prodiret in publicum) verum ex illi ipsi rebu cum claritatem esse affectum, quibua illum tu viles & ignobilis existimas.* Cum igitur ita se res habeat, & quilibet Nobilium retineat ius hereditatis successionis, & acceptanda donationis bonorum stabilium, qui illud ei sine Religioso, siue Ecclesiastico seculari adimit, magnam vim infert, non tantum immunitati Ecclesiastica, sed etiam ipsi nobilitati. Et quemadmodum inuiriōsi viderentur Ecclesiastica dignitate illustres, Praelati, si nobilitatem à possessione bonorum stabilium arcerent, vt ipsi de facto accentuerit ab ea: ita mulcè maior iniuria cenenda est illata Ecclesiasticis nobilibus (plures enim tales inter eos repertis, quām humili loco natos) per hafce Politicorum machinationes. Ideo, vt à tantis malis, tempore Republicæ Christianæ, Ecclesia Catholica exemit, vt nullo modo licetè possit illis imperati venditio rerum quas possident, & in quarum deinceps domi-

dominium successuri sunt. Hoc Sedis Apostolice Decretum, non sine diris Pontificis in transgressores editum est à Concilio Generali Lateranensi sub Leone X. sell. 10. & à Tridentino sell. 25. cap. 20. confirmatum est.

**32.** **D**ecimoquinto. Venetam Rempublicam percusit anathema Paulus V. omnemque eius ditionem interdicto factorum miserè perculit propter hanc solam caulam, quod Ecclesiasticis & piis locis quædam donare & legare prohibuerit, multò tamen mitius quam que nostri Politici, vii satis abunde ab initio pæmonitionis huic ostensum est. Si igitur Rempub. Veneta, non tolerandâ, iudicio Vicarij Christi Ecclesiasticas immunitates afflxit iniuria, & ita quidem, ut necessarium fuerit anathema Papali atque interdicto puniri temeritatem, quâd maior vis & iniuria fiet, cum votis optatisque quorundam Catholicorum (nihil agere hæreticis, nam illi sufficientibus cognitis quorundam Catholicorum, contra Ecclesiam insidiis, à pluribus, vt pote superuacanei, sibi temperant) exitus responderit.

**P**remissis tot ad considerandum rationibus concluso, nullo modo posse Rempub. salutâ conscientiâ, vii supra memorauimus, iura & Constitutiones, in praetadicium Ecclesiastico statuere. In primis enim nihil potestatis in Ecclesiasticos habet, quos Divina, Ecclesiastica, Imperialia, nostri denique Regni iura, Legesque ab omni secularium iurisdictione exemere, quâd qui caret, ius in alium exercere nequam potest, licet illud non iniquum immo etiam de rebus necessariis foret. Hoc & ipsa ratio innuit, & omnes Iurisperiti ac Theologi, cum S. Thoma docent 1.2. q. 96. a. 4. Ad hæc concedamus Rempublicam nostram, in Ecclesiasticos eo valere iure, (quod quidem nullum in Repub. est, nec esse potest) quod Episcopos in suis Parochos exercet: nunquam tamen posset aduersus eos, quas quidâ politici desiderant, Constitutiones, etenim ab omni parte perspectis meis quindecim rationibus, ex excellenti iniquitate, nec mediocria damnâ ac iniurias Ecclesiasticas immunitati inferunt. Sed cudent DD. Politici quas amant, Constitutiones, ego cum S. Augustino lib. 1. de lib. arb. cap. 5. dico: Non est lex, qua iusta non est: Et iterum cum eodem. Non iura dicenda sunt, vel putanda, iniqua hominum constituta.

#### MONITVM QUARTVM.

**N**ulla fides habenda est obrectatoribus Ordinis Ecclesiastici, fallum patriæ amorem iactantibus, qui sub specie quidem boni communis, fundos nobilium in posterum ab Ecclesiasticis possideri vident, te ipsâ autem aduersus patriam agunt.

Sed antequam id argumentis cōprobem, *Lancij Opus. Tom. 2.*

quæso vos egregij patriæ vestre fautores, quæ tandem fructum è bonis nobilium secularium Respub. tulit in gentem dicitis: duplex est. Primo contributiones seu tributa, quæ Poloni appellant Poborij, in v̄sus & necessitates Reipub. suppeditant: deinde, imminentे in hosti generali expeditione, quantum Polonæ Constitutiones volunt, armati contra hostem validum & numerosum, non qualemcumque procedere, vel sui loco alium armatum mittere. Atqui ex bonis etiam Ecclesiasticorum & Religiosorum, eadem promanant in Rempub. vestigalia. Quodsi fortè quis Ecclesiasticorum laboranti patriæ, modis prædictis subuenire noluerit, est ius Ecclesiasticum, sunt Praelati, deferantur suos ad Praesides, & in Consistorio causam agant; interim alij qui solita vestigalia pendunt, viuant immunes à periculo, ne paucorum tenacitas noceat omnibus. Ego vero luce clarius ostendam, ex bonis Ecclesiasticorum, à munificâ quondam nobilitate, vberim prouis & collatis, vel certè ab eisdem coemptis, maiorem in v̄sus Reipub. deriuari fructū, quam ex bonis Nobilium secularium.

**P**rimo. Omnes Ecclesiastici tempore designato vestigal, ex bonis propriis ad Fiscum Regium deferunt: quod vix repertus in ipsis vestigialibus exactoribus, à quibus non iam communi iure, sed per Constitutiones in Comitiis latas, per Thesaurarios Regni, frustra repetit non semel Respublica, iam exacta tributa.

**S**econdo. In executione vestigialum Ecclesiastici nobilium subditis, ac etiam Regalibus multum indemnitatì consulunt. Illi enim qui decimas frumenti à subditis nobilium recipiunt, ad persoluenda tributa, non tantum pro rata respectu decimatarum, sed etiam dimidiam omnino patrem conferunt, ita vt subditi dimidiam partem vestigialum persolvant, reliquum Ecclesiastici. Quod ipsum magno est cum gravamine Status Spiritualis, & Ecclesiasticorum, quorum plurimi decimis vinunt. Plerumque autem cum plura vestigalia imponuntur, plus, quam ex decimis collegerunt, in persolvendis vestigialibus insinuant. Ideo non pauci iam decimis interdixeré sibi, & quod inde sequitur, Sacerdotes in Parochiis constituti, coguntur ex templo properare ad agrum, ab altari transire ad aratum, manibus quibus non ita pridem Augustissimum Christi Corpus gestabant, tractare vomerem, sulcare terram & abiectissimis infimæ plebis incumbere munis, vt exiguum, pro miserâ vita sustentatione vitium tot laboribus, ac ipsis pone lachrymis coemant, & simul à decimis repetundis abstineant, ad grauissima tributa hac arte effugienda.

**T**ertiid. Sæpius Praelati Ecclesiastici, armatis fessi precibus, quanquam libenti, neque minus

K k k 3 genes

35.

36.

37.

generoso animo, magna Reipublicæ Donatiua loppeditarunt ex suo, persolutis prius integrè tributis quæ alij Nobiles & ex proprijs Dominiis, & ex Regalibus, quorū vsum fructū habent, persolutant. Nobiles verò ac etiam Illusterrimis Senatores, nescio an tantum, vel saltem aliquod Reipub. donationum obtulerint. Quod si aliquando, certè paucos ad eò munificos in patriam vidimus, qui periculo imminentे, non bonis propriis, non patrimonio, non sanguini pepercere, modo incolumentati patriæ consulerent. Principem eos inter locum obtinet, immortali recordatione, ob res pro patria egregiè gestas dignissimus, Magnus ille & Generalis Exercituum Dux, idemque Archi-Cancellarius Regni Poloniarum Ioannes Zamoycius, quem secuti Hieronymus Gostomski Palatinus Posnaniensis, Carolus Chold-kienicus Exercituum Magni Ducatus Lithuaniae Dux, Leo Sapieha, Dux itidem exercituum & Palatinus Vilnenensis, Alexander Corvinus Gasevius Palatinus Smolenscensis, Christophorus Radziwillius M. D. Lithuaniae Exercituum Campidux, ceterique quorum notitia me fugit, illustribus in Patriam beneficijs exitere singulares: ita tamen nihilominus, ut vel receptorint iam suas à Republica impensas, vel receptuti sint suis in filijs aliquando. Ecclesiastici verò, quæcunque profuderunt in patria præsidium donativa, steriles sunt: non illi Præfecturas, non Regalium honorum ad ministracionē ambient; & nescio, vtrum vel solam grati animi significationem retulerint publicè in Comitijs.

<sup>38.</sup> **Quarto.** Exigua satis ex bonis nobilium vestigalia recipiuntur propter vastationem eorum, partim rigido nimis regimine, partim illati lapidis iniurias, quæ in castris sunt, ut subditi deferant nonnunquam fundos nobilium. In bonis autem Ecclesiasticorum benè prouisum est, ab Episcopis, Archidiaconis, Decanis, Revisoribus, indemnitati subditorum, ad persoluenda eò facilius omnia. Reipublicæ tributa, quām exactissimè, modo violentas manus ab eis miles abstineat.

**Quinto.** A quo peto sacerdularium, insignis aliquando substantia in Rempublicam deuoluta est: nihil eiusmodi audiuius, ab Ecclesiasticis tamen, tot prædia, tot fundi, nescio quo iure, in Reipub. vsum deuenerunt. Ita Velicensem salis officinam, in Diocesi Cracoviensi, non paucos fundos à Monasterio Tinecenti, neque contemenda prædia à Præpositura Miechoviensi, & similia passim, præfertim in Prussia Ecclesiasticorum bona, totam denique Linionam ab Ecclesiasticis avulsa reperies. Que rameo illorum hac de re querelæ certe modestiores sunt nostris Politicis, qui contumaces assiduo linguis, in eorum bona, atque ad eò, ipsam nominis famam exerunt.

**Sexto.** Quis vñquam Senatorum ex amplissimis licet ditionibus, vel minimum quid in ornamentum Reipub. legauit? Scimus tamen Illusterrimis Episcopis Cracoviensi & Culmeni & secretò ab alijs, & donatione lapidis inter viuos, & testamento pro communi Reipublicæ bono valde multa reliqua, quæ vel patræ immediate, vel Serenissimo Regi in bonum Reipub. cederent. Qui enim sicut caput, totam corporis mollem sustentat; quæ cadet, si ad capitis, quæ nece sitatem, quæ commoditatorem aliud deesset.

**Septimo.** Omnis Reipublicæ dignitas & amplitudo pendet ab incolis, qui, quò ditiones potentioresque sunt, eò & Respublica clarior & illustrior, quia ab eis integratatem & splendorem suum derivat. Hac in parte, quantum Ecclesiastici Reipublicæ præstinent, omnibus in comperto est, illi enim suis fortunis Consanguineos & amicos sacerulares, quæ magis patriæ profutri sint aliquando, bene non instruant modo, sed etiam coëmpitis amplissimis Dominijs & prædijs cumulant, & ita tripli modo Reipublicæ succurrunt. Impensis pecuniis, quibus onustos ad bella, aliae patriæ obsequia Consanguineos expediri: iterum pecunijs, quas possessoribus bonorum immobilium, ea pro amicis coëmendo expendunt: demum ipsis prædijs atque bonis immobilibus, in amicos & langleme iunctos testamentum relètis.

Multosne in hanc usque diem numerabis qui bona Nobilitum Sacerdotali dignitate inaugurati Ecclesiæ reliquerunt: inanis est timor hic; iam laudati matorum recesserunt mores & secula, in Ecclesiæ ornamentum verè aurea, nec amplius ducentis oculata sens nobilium bona, in vñs pios patebunt.

**Ottavo.** Si Atheus non es, fateberis id, quod S. Spiritus Iacobi 5.v.16. affirmat, mulum mirum valere depreciationem insti fiduciam. Fateberis, quod integrum ciuitatem à debita celeribus poenâ, aliquot iusti defendant. ita enim Deus ad Abraham Gen.18. ver. vi. *Nos* delebo *(Sodomam)* propter decem iustos. Fateberis, quod amicus Dei, cum diuinâ gratiâ insigne felicitatem in eas domos vbi commoratur, importet: Benedixitq. Dominus domai Agrippi propter Ioseph. & multiplicauit, tam in eisdem quam in agris cunctam eius substantiam Gen.39. ver. 5. Fateberis demum, quod præfentia unius hominis Deo chari, diuinam prohibeat vindictam à puniendis peccatis mortali. Habet Deus impuras quinque Ciuitates, igni ecclœ demissio consumendas, dixerit ad Lot: *Festina & salvare ibi*, quia non poterit facere quisquam, donec ingrediari illuc. Quod si ita se res habet, quid Reipublicæ detrimenti eveniet, quando Ecclesiasticos vberioribus manue-

prouentibus & nihil profecto; immo felicitas magna, nolentibus etiam, oportunè ingreditur. Illi enim multiplicatis redditibus, plures erunt, & ut homines Deo chati, quia eius ab obsequiis, frequentibus orationibus, immaculatis missæ sacrificiis vindicis diuinæ dexteræ, vibrata in seceltos homines, arcet fulmina, simulque impetrant ea, quibus Respublica velut fortissimis cincta mænibus, immunis à periculis auitæ felicitatis & fortuna secura vivat, ac vigeat incolunis. Quid nobis prouert superbo opere ductæ in altum turrem, castella, bellicæ machinærumuli & monumenta hæc regnum essent, non munimenta vel praesidia, si eis tantum non coeli patrocinio niteremur. Eduxit ingentem exercitum populus, multis rationibus Deo probatus contra Amalechitas, causa belli iustissima fuit, & ramen victoria, non nisi à manibus Moysis, Deū pro tantis bellatoribus exorantis peperdit. Exod. 16. vers. 11. Sed & nos cui tandem insigines illas de barbaris victorias. Sacerdotumne Sacrificij qui fusis in celum precibus exoratum Numen nostris à partibus stare coegerunt, an paucis illis legionibus, quæ immobibus ex tota Africa & Asia lectis exercitibus erant impares, deferemus? Certè S. Gregorius Nazianzenus Orat. I. In Julianum nobis adstipulatur, cum ait ad Religiosos, *Elevatio manuum vestiarum extinguit flammas.* Ignor locuples penu vestrum pateat Ecclesiasticis, augeatur eorum numerus cum redditibus, vt ita crescentibus eis, vestra quoque bona crescant, & in dies ea capiant incrementa, quanta perop-tatis.

43. Serui sunt vestri, vobis ab obsequiis Spiritualibus, longè præstantioribus, quam quæ à famulis minus necessariis tantoq[ue] Satellitio, non ad aucupandam gratiam, sed ad magnam v[er]que supremi Numinis offensam exhibentur. Illis tamen ampla patrimonia, de bonis nobilium coemptis, Ecclesiasticos verò vobis magis fidiores, etiam à coemendis & oblatis arctis. David propter amicitiam, quam cum Iona-tha contraxit, & illius affectionem erga se, licet gravibus admodum à Saul, laceritus iniuriis, etiam cum amittendæ vitæ periculo, tamen Miphibozet, non opimo tantum patrimonio munivit, sed etiam ad regium epulum suumque palatum inuitauit 2. Reg. 9. Ecclesiastici verò, viuiores DD. Politicos, quam Ionathas Dauidi, neque diebus, neque noctibus parcūt, quominus eorum peccatis offensum Numen suis mitigent precibus, & morti sempiternæ per peccatum damnatos gracia Dei reddant, intercedente noxarum venia. Sed quod magis mireris, reficiunt illi seculares Augustissimo Christi corpore, pariterque sanguine, tamen interim ad commodam vitæ sustentationem, ne minimum quid, vel in remunerationem

tanti beneficij referunt, quinimò plurimi re-periuntur tam perfictæ frontis, qui Ordinē Ecclesiasticum, priuatim & publicè per se & per alios, iniuriis persecuti, calumnijs apud alios turpiter proflituere, falsis infusis delationibus ac detractionibus, nativo candore spoliare non desistunt. Sed dicet aliquis, sufficeret Ecclesiasticis pecunias ad sustentationem, quid igitur fundos & possessiones coëmunt, quid oblatas tantopere tuentur & huic primò responsa velim, quæ Nobiles ipsi, si ab Ecclesiasticis tale quid decreto statueretur, dicent. Verum quid tandem causæ cur eiusmodi Decreta, faculares in præiudicium Ecclesiasticorum adornant, quæ ipsi ferre non sufficerent? Illi fundos & prædia tenent, ad licentius luxu vacandum, & in superfluis vestibus, magisque curiosis quam necessariis, in eis ad omnem fastum pompanque exornatis, consumenda patrimonia, denum ad effrenem omni sceleri vitam turpiter inescandam. Hi ad Supremi Numinis cultum impensè propagandum, & commodius proximorum saluti vobisq[ue]; ipsis seruendum bona coëmunt, vt eadem in fuos postea Consanguineos im-pendant.

44. Secundò. Etiam Veneti pecuniam Ecclesiasticis testamento reliqtam non denegabant, & tamen decretis Pontificis in pœnam, emerariæ bonorum immobilium prohibitionis, grauiter afflitti sunt.

Tertiò. Pecunia si tempestuè non impendatur coemendis fundis & bonis stabilibus, breui consumitur, nec ullum sterili prouerum refert, cum ab eo edictis Politicorum prohibeat. Hac de re pulchrè Urbanus Papa in C. videntes 12. q. Videntes summi Sacerdotes & alij atque Levita, & reliqui fideles, plus vilitatis posse conferre, si hereditates & agros, quos rendebant, Ecclesiis quibus præsidabant Episcopi tradarent, eò quid ex sumptibus eorum, tam presentibus quam futuris temporibus, plura & eleganiora ministrare possent. fidelibus communem vitam ducentibus, quam ex precio ipsorum, cuperunt prædia & agros quos rendebant, matribus Ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum vivere, &c. Ideo, si aliquis extiterit modernis aut futuris temporibus, qui hec auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

#### MONITVM QVINTVM.

45. Inanis nec ratione suscepimus timor, ne vniuersa Nobilitatis bona Ecclesiastici occupet aut coemant solicitari. A quibus enim quæv[er]e haec tenus coempta sunt? Nam si Episcoporum quispiam fundos à Nobili coemptos suis Consanguineis secularibus, aut viris Ecclesiasticis attribuit, vt plerique fecerunt meā memoriam, quid publicæ aut privatae rei detrimenti attulit? cum precium dederit, quo paria aut melio-

ra venditis emi possint. Quod autem ad Claustra & Religiosos attinet, nisi quis animum, à pietate pariter & Religionē auertat, nihil omnino Nobilitati ab illis metuendum esse luce clarius agnoscet.

Millia aliquot Religiosorum in Polonia, qui ex fundis sibi attributis annuos fructus percipiunt, reperies, qui numerus & simul tempora, quibus in hoc Regno degunt, si cum bonis ab ipsis coemptis conferantur (quod parum à nihilo non discernit) nihil emisse censebuntur. Ex parte vero altera, quis numerum inire potest eorum, quę Nobilibus amicis ab illis donata sunt, qui perfectioris vix studio suas hæreditates reliquerunt. Quare fieri non potest, vt ingenuus quisque ac magnanimus, arcendos bonorum emptione putet, qui sua tam liberaliter largiuntur. Iam vero, si quanti sunt eorum redditus, necessitatibus metiamur, longè profecto tantę multitudini impares apparrebunt. Si enim inter omnes æqualiter, nullo inter maiores minorēve discrimine tribuantur, quemuis aut nimium egeret, aut stipem rogare oporteret. Hinc propè omnium Religiosorum Mendicantium, fundisque habentium (vt PP. Dominicanorum, Carmelitarum Calceatorum, Franciscanorum Conventualium, Augustinianorum atque Societatis Iesu) Domicilia, ære alieno grauantur, cogunturq; passim iam ad libitorum, iam ad vestium comparationem, iam ad ipsam vietus necessitatem depellendam, alienam crebrius opem non sine molestiā implorare. Accessio igitur aliqua in tantis angustiis census anni, aut opes falem illius incerta, atque dubia, impedienda non est. Fratres, filii, caro & sanguis vester sunt, Pietas quā se Deo consecraverunt, ita integratos reddere non debet, vt extremę inopie consultum esse nolitis. Satis & perquam nimium pauci sunt qui suā liberalitate egestatē sustentant, quid eos quoque prohibetis? Ab ingressu in has partes Religiosorum, supra centena hominum millia, in variis se Monasteriis ac Conuentibus Deo dicarunt; quo de numero decem vix reperies, qui iisdem suas possessiones iure stabili ac perpetuo inscripserunt. Ad PP. Societatis Iesu in Prouincia Lithuania, in una hæc scribo, intra Septuaginta circiter annos, vix ingressus est unus, cui Mater mille circiter florenorum annuatim percipiendum in hæreditatem dedit. Duobus plures Polonia numerat, qui us perpetuum in paterna rura Societati donarunt, neque multò dispar est aliorum Ordinum conditio. Tot igitur de tanto numero alij (si tam paucos excepteris) facultates omnes atque copias Nobilibus amicis reliquerunt. Vnde nemo non videt plurimam Nobilium Ordini per Religiosos accessisse. Si enim omnes ac singuli suas secum opes in claustra intulissent, supra amplissimos Episco-

patus, cuiusvis propè Religiosi domicilijs facultates crevissent. Cūm igitur tot & tanta Religiosis Nobiles teneant, & in singulos annos, noua ab iisdem ad paupertatem Christi euolanibus accipiant, quā mente, quā aequitate, miseram eis terrae partem negare poterunt, quorum omnia possederunt? Sed nihil sanè de suis terris contendant, omnia quę ipsorum sunt, possident, aliorum pietatem & misericordiam non prohibeant, financialis Deo in pauperibus parum largi, à quo omnes omnia accepunt: non sit illis graue, si saluis eorum atque integris rebus fratres amicique alienā benignitate famem pellant, & necessitatem domos alienas peruagandi propulsent, vt eorum necessitatibus pro sui offici ratione se se commodius impendant. Quod si neque statum æqualitas, quam omnes Politici propagant, neque in Deum pietas, neque charitas in suos nec in egentes misericordia ab eis imparabit, si omnem profus bonorum accessionem atque spem ipsam inopie subleuandæ à Religiosorum domiciliis prohibuerint, ipsi in eandem breui incident. Quantò enim magis numero augebitur tanto magis opibus Nobilitas decrescer. Nam cum tot ad Religionem ob vietus penitiam recipi non poterunt, extra eam positi, magis impensis sui status dignitatem & tueri & augere studebunt: multa ipsis, multa uxoris ac familie alenda, multa filiis educandis dotandisque filiabus opus erunt. Nec soli seruendam eam necessitati, plurima, magnificentia, liberalitati atque ostentationi de more impendenda, vestium splendor, ædes arte & mole specabiles, conuiniorum apparatus, supellec preciosas, numerosas venationes, crebri & sumptuosus, quos colo nocturni labores, quas predi- rum opes non exhaustient. Hæc omnia in integro Nobilitati manerent, si quicunque de tanto numero à Deo in Religionem vocatus, centum aut multò pluribus floreis, annos sui domicilij redditus adaugeret, reliquis omnibus in potestatem amicorum relicit. Et itaque Nobilitatis est annos Religiosorum census adaugeri. Credi enim vix potest, quantum ad Nobilitatis opes ex religiosorum incremento accedat. Compertum id ab illis manifestè, qui Regnorum hæresi laborantium mores ac morbos callent. In Scoria enim atque Anglia (vt ipsis fatentur hæretici) ablatis Virorum, Virginumque Deo sacrarum conobiis, Nobilium & Oppidanorum opes cädē lege sunt euerſæ. Hoc modo, Nam si monasteria cum suis redditibus manerent inviolata, multi (ni obstaret hæresis) ea ingredcentur, sed nonc obstante hæresi & legibus ab ea latis, in statu secularium manendo, cogontur in eo splendidè vivere pro conditione suis factus, quæ in monasterijs locum non haberet. Ideo

Ideo coguntur non se tantum alere, & quidē magnificenter multo & sumptuosius (quod illis, si in monasterijs Deo dicati viverent) sed etiam vxores, & prolem & famulos: coguntur velles comparare pro vestiendo corpore & suo & vxorum, & prolis & famulorum non ex vili panno quo in monasterijs serui Dei videntur, sed ex pretiosis materijs sericeis & aureis aliunde adductis, coguntur copiosas dothes filiabus affligare; quales non darent filiabus ad vitam monasticam aspirantibus. Hanc ob causam isti, qui religiosi fieri nolunt vel non possunt obstante haereticis in Regnis haereticis, coguntur bona immobilia inter sanguine iunctos distribuere & dividere, ideoque qui quis eorum minus possidet, quam haberet, si multi statum religiosum & monasticum amplectentur, & suas legitimas hereditatis, cognatis & consanguineis relinquerent, ut reliquunt in Regno Poloniae religiosum statum amplexi.

Hoc ipsum incolis Regni Poloniae incommodum accederet, si in eo monasteria non extarent redditus sufficientibus instruxta. Nam ad ea multi nobiles admitti non possent, si in eis, tot ali non possent ob insufficientem redditum. Non est ergo admenda monasterijs potestas, acceptandi illa bona immobilia, quae prii nobiles voluntis donare, inscribere, vel legare, ad aegendum numerum Dei seruorum.

At Politicorum permulti aiunt: quid Religiosis cum fundis ac praediis & more Apostolico, eo quod ab aliis impetraverint, vitam sustentent. Respondeo. Reducant isti Apostolica tempora, veterum Christianorum charitatem ac liberalitatem, quae tot Episcopatus, tot Canonicorum Collegia, tot Parochias, tot claustra atque Conventus Religiosorum excitauit, restituant: tum demum Religiosi libentius, alieno labore paratis frui eligerent, quam cum tot litibus atque molestiis sui praediis excolendis operari dare. Verum cum temporum motumque ratio commutata sit, cum charitatem, liberalitatem, sinceramque pietatem, exquisita ad mundi leges prudenter expunxit, coguntur Deo dicati homines, ad coelestium curam, rerum quoque ad vicem pertinentium laborem adincere, & suis, cum aliunde spei non multum affulgeat, diligenter adhibere.

Quod si in reprehensionem quispam vocaverit, gaudent illi se in veterum Christianorum numero esse; suos vero reprehensores Juliano Apostolae successisse, ille enim cum omni possidente ius viris Ecclesiasticis eriperet, verba Euangelij in suis sceleris patrocinium adducebat. Qui non renunciauerit omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus. Tertius huius rei gravissimus B. Augustinus Anconitanus lib. de Potest. q.1. art.8. ad tertium Arg. Idem haereticos Waldenses, idem Wikleffum impietas Spiriti-

tus egit, vt nimis bonorum Ecclesiastico-tum stabiles possessiones improbarent. Quā obrem anathemate eos perculit Ioannes Pontifex XXII. in tit. de verbis signific. Optimam huius rationem Syluester item Pontifex Maximus afferit in C. Futuram 12. q.1. Futuram Ecclesiam in gentibus Apostoli praeidebant, idcirco pre-dia in Iudea minime sunt adepti, sed precia tantummodo ad fons egentes. Attamen tempore Constantini, & deinceps, viri Religiosissimi non solum possessio-nes & prædia, quæ possederant, sed etiam semetipos Domino consecravit, edificantes basilicas in suis fundis, in Honorem SS. Martyrum, per Civitates, ac Monasteria innumerā, in quibus tatus Domino seruientum conuenirent.

## MONITVM SEXTVM.

48.

Cum quid eiusmodi dicitur aut statuitur, contra quempiam mortalium, quod sine mortalis peccati noxa, & graui excommunicationis pena execui nefas, eo in casu, sub pena peccati, non sufficit a promouendo duntaxat rei exitu abstinere, nisi etiam, si est liberā donatus a Repub. voce (quam Nobiles in Comitiis Prouinciarum, Legati verò distric-tuum etiam in Comitiis Regni gaudent) suam hisce decretis opponat vocem, recufet, ac pro viribus impedit. Id ab omnibus Theologis & Iurisperitis concordi calculo comprobatum est. Et ex his quidem Innocentius a pati & a fortiori Cap.1. de his que sunt a maiori par. Cap. Hunc secutus est Panormitanus eodem numero 13; qui cum iussit & hanc tem diligentem perpendit, postea sic afferit: Si quis non vult consentire, debet expresse contradicere, alias incoluitur pena & peccato, sicut expresse consentientes secundū Innocentium quod est singulariter notandum. Ex hoc tamen habes, quod etiam in male gestis, tacens in Uniuersitate habetur pro consentiente, cum ex officio suo teneatur consulere. Ad hoc l. de etat. §. quia cuit ss. interrog. act. hucusque Panormitanus. Ex Theologis verò præcipui cum S. Thoma 22. quest. 62. art. 7. ad 3. idem confirmant. Praesertim Michaël Salio 2.2. quest. 62. art. 7. Contr. 1. Medin. quest. 7. ad 2. Molina tom. 3. de lust. d. 732. num. 3. vers. Tertium est Valentia to. 3. d. 5. quest. 6. p. 3. Vasq. op. Moral. cap. 9. de Rest. §. 1. dub. 1. Sair. in Cl. Reg. l. 10. tract. 2. c. 9. nu. 3. & alij complures. Sed & S. Augustinus non dispici eadem de re, tulit decretum Ep. ad Causalium, ut videtur est in Canone Quisquis XI. q. 3. Quis quis metu cuiuslibet potestatis, veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timebit hominem quam Deum. Et in sequenti: Melius est pro veritate pati supplicium, quam pro adulacione recipere beneficium. Neque discrepat S. Chrysostomus, cum in eadem causa & quæstione huc in modum ait: Non solum ille proditor est veritatem, qui transgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium.

49.

mendacium loquitur, sed etiam ille qui non liberè veritatem pronunciat, quam libere pronunciate oportet, aut qui non liberè veritatem defendit, quam libenter defendere conuenit: proditor est veritatis. Nam ut communis proverbio receptum est: Qui tacet, consentire videtur: Et S. Paulus Rom. 1. digni sunt morte, non solum qui talia agunt (mala nimurum) sed etiam qui consentium facientibus. At illi certè maiore poenâ censendi, qui licet indirectè per se vel per alios promouent incepta. Illi demum maximè detestandi, qui feruent velut Catholicî, sub specie ficti ad calicem duntaxat zeli Ecclesiam defendere velle, Ecclesiasticos, à tot contumelias vindicare vulgo se iactat, vbi vero ad rem ventum fuerit, tam citò eos deserunt, quantò maiore fuso larvâque occultas aduersus eos machinationes contexerant. Egregiè S. Petrus eiusmodi notauit homines, in Can. Si inimicus dist. 93. Si quis amicus fuerit, (promouendi nimurum virij causâ: non enim politicam vituperio proscindit amicitiam) hū quibus ipse (id est Petrus vel Petri Successor) amicus non est, vnu est ex illis, qui exterminare Dei Ecclesiam volunt, & est nullù nequior hostis hic, quā illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt, (vt hæretici) hic enim, (filius nimurum Catholicus) per amicitiarum speciem, qua sunt inimica gerit, & Ecclesiam dispergit & valet. Res profectò lachrymis digna, tales repurri Catholicos, qui partim in coniuuiis, vbi latius gulæ litatum est, partim in comitiis atque Tribunalibus, quasi decesset aliud agendum, maiore contentione, quām vel ipsi iurati fidei hostes hæretici, iura personalia que Ecclesiasticas, insolentiùs persequuntur: & cum maximè deberent Ecclesiam propugnare, tum aut silentio conniuent, aut apertas etiam struunt insidias. Quod si defensioni sui necessariae, Ecclesiastici pro viribus incumbant, ut ab ouium suarum lupinis dentibus liberi vivant, DD. Politici iustam admodum & necessariam defensionem agere, ferunt, & acrius contra se, quām par est agi conqueruntur, ignari, culpabile Ecclesiasticotum hac in parte silentium, nō peccati non carere, immo si timidi illatas Deo iniurias, violatum ius Ecclesiasticum eiusque personas, à mordacibus sculariis linguis vindicarent, non essent immunes à peccato. Nondum tenaci excessi memoriam, grauia illa poena, quā deiecto collo, lethaliter à Deo supremus Sacerdos Heli afflatus est, quod segnius, abque debito zelo, iniuriam Dei, supplicij grauioris omissione vlcisceretur: Licit enim de illo dictum sit 1. Reg. 2. Quod redarguerit eos, qui retrahebant homines à Sacrificio Domini (non directè, quemadmodum hi, qui dum prouentus ab Ecclesiis arcent, eo ipso, Sacrificiorum maioris momenti, quām fuerint in veteri testamento, dignitatem restringunt, sed tantum indirectè prauo exemplo alios à sacrificiis auocando) Nihilominus tamen, quia

non intenso cultus Diuini, suis à filiis violati zelo ferebatur, illius redargutionem ac quæ ac silentium reputabat Deus. Ideo tali damnatio eum Decreto 1. Reg. 3. v. 12. 13. 14. suscitabo aduersum Heli omnia, quæ locutus sum, super dominium, incipiam & complebo. Prædicti enim ei, quod invidiatur effem domum eius, in eternum proper inquitatem, ed quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. Res admirationis plena, quomodo non corripuit Heli filios suos, cum teste Spiritu S. sati acerbè illos redarguerit, Reg. 2. v. 23. & 24. Quare facitis res buxitemodo, quas ego audio, res pessimas ab omni populo: Nolite filij mei, non est enim bona fama quam ego audio, ne transgredi faciatis populum Domini. Si peccatis vir in virum placari potest Deus. Si autem in Dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Quid viri hac in redargutione notabis? an non latifecti patris officio? quod filij paternis monitis non responderint, quid diu interterat? Sed adverte tamen, quid idem Spiritus S. dicat. Non audiret vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere. Idem contingit & eis, qui monitis ac fatigatis antidotio Spiritualium Patrum obedire recusant.

His cognitis cuiilibet in plano est, Ecclesiasticos si à peccato immunes esse volunt, non blandi, & vt aiunt, ore dimidio, vitanda scularium offendis causâ, sed ea verborum acrimoniam quæ parem cauæ præferat zelum, debere cultum Dei, & Ecclesiam ab iniuriis vindicare. Illa siquidem admonitio, & blanda redargutio, silentij vices apud eum obire, qui dixit: Non corripuit eos.

Sed iam poenam, qua Deus in excelsum Sacerdotis animaduerit expectas gravis illa. Idcirco iurauit domui Heli, quod non expiaret iniurias domus eius victimis, & munieribz viisque in eternum: plenum horroris decretum. Hac igitur de causa non amplius succenseant personæ scularices Prælati cæterisque Ecclesiasticis, cum illi sicut id nonnulli etiam togis talibus vestiti reprobent) omni contentione cultus Divini, Templorum, Claustrorum, Collegiorum, Patriarcarum, Foundationum, Sacellorum, Xenodochiorum, Bursarum atque Scholarum immunitatem promouent, siquidem hæc omnia Ecclesiastica immunitate gaudent, eique sunt incorporata in 1. omnia C. de Episc. & Cler. §. 1. & §. ad hoc d. auth. de Eccl. tit. & cap. fin. de relig. dom. C. vnic. de excess. pralat. lib. 6. & C. vni. de relig. dom. eodem lib. 6. Quod ipsum confirmat Abbas ad e. inter dilectos in fin. de don. & Zarabella ad c. quia contingit de relig. dom. denique Archidiaconus, Baldis, Alexander, Felinus, Maynerius, Couaruarias l. 2. t. 20. n. 4. var. resolut.

MONI-

## MONITVM SEPTIMVM.

**E**xistimo vnumquemque nobilium præstati ac generoso animo (qualem Deus Polonæ Nobilitati largitus est) conscientia sitæ arcans introspectis, dñe lumine naturali, posthabitis omnibus respectibus, Diuinæ Ecclesiasticae que voluntati reluctantibus, agniturum id, quod persona Orthodoxæ Ecclesiæ nouæ legis, debeant esse non minùs instructæ, ac munite alimentis, quam fuerint Spirituales, sive Ecclesiastici Veteris Testamenti. Noua enim lex, & est perfectior, vtiliorque hominibus, & Sacerdotibus illis sunt nobiliores vtilioresque animabus &c. Quod Catholicis (quorum gratia id scribitur) probandum non videtur, cum idem omnes sapiant, idem dicant.

Videamus igitur quām multæ fuerint personæ Spirituales veteris testamenti, & quos prouentus habuerint: longè meliores quām Spirituales in hoc Regno noltro. Quod vt melius intelligatur duo imprimis sunt demonstranda.

**P**rimū, quām multæ fuerint personæ Spirituales in Iudea: deinde, quām magnitudinis illorum terra fuerit.

Quoad numerum personarum Spirituallian in Iudea: longè plures erant quām in omnibus Ecclesiis, & Monasteriis, & Aulis Catholicorum ad Provincias Regni Poloniæ pertinentibus. Quod sic planum facio.

Veteris testamēti Ecclesiastici de tribu Leui, habuerunt duplicita ministeria. Alij erant propriæ Sacerdotes, quorum unus ceteris superior erat Summus Pontifex, sicut apud nos est. Papa: Alij fuerint Leuitæ, qui Sacerdotibus & tabernaculo Domini in variis officiis ministrabant: vt sunt apud nos Diaconi, Subdiaconi, & alij inferiores Clerici.

Sacerdotes tempore Daudis Regis fuerunt diuisi in 24. partes. i. Par. 24. v. 6. & seqq.

Leuitæ, idque non omnes, sed isti tantum qui ætate superauerant annos triginta, diuisi erant in quinque ministeria domus Domini, & inuenta sunt triginta octo millia virorum i. Paral. 23. v. 3. Ex his electi sunt & distributi in ministerium domus Domini, qui immediatè Sacerdotibus ministrabant, vt apud nos Diaconi: Horum fuerunt 24. millia i. Paral. 23. v. 4. secundi erant Præpositi & Iudices, quorum erant sex millia i. Paral. 23. v. 4. tertii erant Ianitores, numero 4. mille i. Paral. 23. v. 5. Quarti erant Musici, scilicet Psalteræ canentes Domino in organis quæ fecerant ad canendum i. Paral. 23. v. 5. Quinta pars eorum erant Thesaurarij, vel thesaurorum Ecclesiasticorum custodes, de quibus i. Paral. 26. v. 20. & seqq. Sexti, qui docebat, seu erudiebat canum Domini; cuncti Doctores ducenti octoginta octo i. Paral. 25. 7. Præterea Can-

toribus, David annumerauit (ab illis tamen diversos Ministros Ecclesiæ) Nathinæos, de quibus i. Paral. 9. v. 2. i. Esdr. 8. v. 20. & antea quoque Iof. 9. v. 23. Ex his classibus Ecclesiasticorum personarum, quælibet illarum diuisa erat in 24. partes, vt sacer textus declarat i. Par. 24. à v. 7. ad 19. & cap. 25. à v. 9. ad finem & cap. 26. Præter hos Leuitas seniores & sacerdotes, eant alij iuniores à viginti annis & supra i. Paral. 23. v. 24.

Erant præter hos alij Nazarei Num. 6. v. 12. Iud. 13. v. 7, sicut Religiosi apud nos: quorum fundationes Deus annumerat magnis beneficiis quæ fecerat populo suo, Amos. 2. v. XI. præter hos alij erant Rechabitæ, Religiosi etiam similes, à Domino Deo approbati, quanvis non ab eo constituti Ierem. 35.

Præter istos erant Prophetæ varijs: adhæc, erant Scribae sive Doctores Sacrae Scripturæ interpres. Erant Pharisæi ab illis ditteri Luc. 7. v. 30. Matth. 23. v. 13. Quorum Pharisæorum viuendi modus & doctrina ab initio erat bona, quamobrem S. Paulus fuisse Pharisæus prohibetur Act. 23. v. 6. & huius vocationis meminit Philip. 3. v. 5. Hi omnes ad hunc veterem Clerum pertinebant, vt omittam Exorcistas Act. 19. v. 13.

Ex his omnibus numerando solos Leuitas seniores, præter Sacerdotes & alios Spirituales supra nominatos, numerati sunt Leuitæ & inuenta sunt triginta octo millia virorum i. Paral. 23. vers. 3. & quia Sacerdotes diuisi erant in 24. classes vt dicitur i. Paral. 24. v. 7. & seqq. si vt scribit Iosephus Iudeus lib. 2. con. Appionem in qualibet classe erant plures quam quinque millia Sacerdotum: & classes erant 24. vt in correctis Iosephi libris legit Siganus libr. 5. de Repub. Hæbreæ cap. 3. tunc tempore Daudis Regis soli Sacerdotes erant plures quam centum & viginti millia: & cum Leuitis senioribus erant plures quam centum quinqaginta & octo millia, & si credendum est quibusdam prælatis Authoribus qui scribunt in qualibet classe horum Sacerdotum & Leuitarum quorum quælibet cohors (cohortes vero sex erant) habuit 24. partes, & in qualibet parte iuxta Iosephum, erant plura quam quinque millia personarum, quoniam istæ partes erant centum quadraginta quatuor, debuerunt (solos tantummodo Sacerdotes & Leuitas senioribus numerando) omnes spirituales Principaliiores plures esse, quam lepries centena millia & viginti millia. Inueniunturane tam multi in universo Poloniæ Regno Ecclesiastici? minime. Videamus nunc quām exigua & angusta universa terra vt regio fuerit Iudeorum. Id certum est, in longitudinem se viterius non porrexisse, quām sint Polona millaria æqualia (quorum quodlibet vnâ horâ confici potest) sexaginta & septem, vt testatur probatus Aut-

58.

59.

thor Brocardus itiner. 7. & Adrichomius accuratus & doctus Scriptor in præfat. in Theatrum terra sanctæ : & ante illos S. Hieronymus Epist. ad Dardanum, qui numerando milliaria Italica (quorum tria Romana, Lombardica verò quinque, faciunt unum Polonicum) viis ipse Regionibus totius Iudææ , dicit in longitudinem extensam fuisse ad centum sexaginta millaria Italica, hoc est computando tria Romana pro uno nostro millarii , nostra millaria quinquaginta tria, & tertiam partem milliaris. Computando verò 5. millaria Lombardica pro uno nostro, terra tota Iudeorum nō excedebat triginta millaria polona, lōgitudine. Latitudo verò ipsius iuxta Brocardum & Adrichonium, in quibusdam locis non excedebat 18. millaria nostra, & in nonnullis ad 16. nostra extendebatur, quod manifestè constat per oculatos testes, qui eam dimensi sunt, sicut Authores citati describunt. Conferamus nunc longitudinem & latitudinem Regni Poloniae. Nam longè latius & longius Regnum Poloniae cum Magno Ducatu Lithuania & aliis Ducatis & Provinciis Serenissimis Regibus Poloniae subiectis extenditur. Quia à Septentrione in meridiem, id est, à finibus Liuonie, ubi iungitur Moschouie, usque ad Poloniæ fines, inter Vngariam & Moldauiam, sunt gradus 12. seu millaria 180. Ab ortu in occiduum, id est, à finibus Ducatum Seueriensis , usque ad fines occidentalis Poloniae, sunt gradus 20. seu millaria 200, longitudinis Regni Poloniae, idque si rectâ viâ eundum est, sit linea anfractibus & viatum inflexionibus, quæ ferè duplo augent longitudinem & longitudinem Regni. Latitudo enim eius per lineam rectam incipit à gradu 48. usque ad gradum 60. Longitudo verò à gradu 32. min. 50. usque ad gr. 52. m. 50.

Conferamus igitur tam angustam in longitudine & arctam amplitudine terram Iudeorum cum tam magno numero personarum illorum Spiritualium , cum dominis Regni Poloniae longè amplioribus, & cum Ecclesiasticis illorum, & clare inueniemus, non tantum has Regni Poloniae Provincias amplissimas, nō alere tot Ecclesiasticos quot Iudea alebat iuxta proportionē lōgitudinis, & latitudinis, sed Iudea adeò ut vidimus angustā, multò plures aliusse. Quid igitur vociferatur nō nulli: Ach multi Ecclesiastici , nimis eorum redditus: Examinemus nunc redditus & prouentus Ecclesiasticorum Iudeorum , & videbimus longè maiores fuisse prouentibus Cleri Catholicorum in omnibus mundi Regnis existentibus, seruatā proportione longitudinis & latitudinis vniuersiisque Regni vel Provincie collatae cum angustiis terræ & Regionis Iudaicæ.

60. 61. Primus prouentus fuit, decima terræ de po-

